e-codices

duos mortuos uite restitue-
rat. quod liber tuus plenius
est locutus. In episcopatu uero
quod pretermisisse te miror
unum tantummodo suscitarit. Cuius
rei ego testis sum si tamen
nichil de minus idoneo teste
dubitatis. Id ipsum autem nobis
qualiter gestum sit explicabo.
fuerat causa nescio que car-
notum oppidum petebamus. In-
terea dum uicum quendam ha-
bitantium multitudine fre-
quentissimum preterimus ob-
uiam nobis immanis turba
processit. que erat tota gen-
tilium. Nam nemo in illo
uico nouerat christianum. Verum
ad famam tanti uiri campos
omnes late patentes conflu-
entium multitudo contexe-
rat. Sensit hic martinus
operandum et adnuntiante
sibi spiritu. totus infremuit.
Nec mortale sonans uerbum
dei gentilibus predicabat.
Sepius ingemiscens. cur
tanta dominum saluatorem turba
nesciret. Interea sicut nos
incredibilis circumdederat
multitudo. mulier quedam
cuius filius paulo ante de-
fecerat. corpus exanimum
beato uiro protensis manibus
cepit offerre dicens. Scimus
quia amicus dei es. restitue
michi filium meum quia unicus
michi est. Iungit se cetera
multitudo et matris pre-
cibus acclamabat. Tunc mar-
tinus uidens pro exspec-
tancium salute ut postea
nobis ipse dicebat consequi
se posse uirtutem. defuncti
corpus propriis manibus
accepit. Et cum expectanti-
bus cunctis genua flexis-
set. Ubi consummata oratione
surrexit uiuificatum paruulum
matri restituit. Tum uero
multitudo omnis in celum
clamore sublato. christum deum
fateri. postremum cuncti ca-
teruatim ad genua beati
uiri ruere. ceperunt. fideliter
postulantes. ut eos faceret
christianos. Nec cunctatus
in medio ut erat campo
cunctos imposita uniuersis
manu caticuminos fecit.
Cum quidem ad nos conuersus
diceret non irrationabi-
liter in campo caticuminos
fieri ubi solent martires
consecrari. Vicisti inquit
postumianus galle uicisti
Non utique me qui martini

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20257r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20257r)